

# Universitätsbibliothek Paderborn

## **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 2. De pravis Habitibus extirpandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

Quoad viam purgativam.

95

reviam Instiūte, quām post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.

I V. Tertiō si pariter consideret turpitudinem relapsū : quam breviter indicavit Propheta Jeremias c. 2. dum dixit : Quām vīlis facta es nimis, iterans vias tuas. Quid enim turpius, quām cani ad vomitum reverso, & sui lotæ in volatario comparari, quibus tamen relapsos S. Petrus l. c. comparat? Quid turpius & indignius est, quām paulō antē ingemissile, flevisse, Dei misericordiam, & Sanctos omnes implorasse, ut peccatorum venia impetraretur, & repente quietato consilio Dei gratiam pro nihilo reputare, & virtuti Nuntiū remittere? quæ impudentia, suscepsum in Eucharistia cum tanto apparatu ac præparatione servatorem, mox item ejicere, & Hostibus tradere instar Judæorum, qui paulō antē Christum cum triumpho suscepserant, vestesque substraverant, paulō pōst Pilato tradiderunt, & crucifigi petiverunt? Unde meritō tandem concludit S. Augustinus in folio. Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coquinat : nihil prosunt lamenta, si replicentur peccata. Nihil valet à malis veniam petere, & mala de novo iterare.

## §. II.

### De pravis habitibus extirpandis.

I. Quemadmodum frustra agrum purgare conatur à spinis, qui radicem non evellit: & frustra Medicus morbum partium fugare nititur, si causam morbi tollere non conetur; sic frumentum à peccatis purgare conabitur, qui radicem & illud er frequentatos criminum actus contractas ex eodem animo vellere non decernit; nam, ut rectè S. Chrysostomus apud angium in Polyanth. V. eod. dixit, nihil, tam firmum est rebus humanis, quam veteris consuetudinis Tyrannis, ita Ethici eandem alteram Naturam dicere non vereantur. Id tod suo damno p̄z aliis S. Augustinus expertus est, ut qui conf. c. 5. de seipso fatetur : Ligatus eram non ferro a exstremo, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat Inimicus, & Adinde misericordiam fecerat, & constringerat me: quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini, facta

facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, feli  
est necessitas.

II. Porro quæ media ad hos habitus vitirosos, & mali  
adhibere oporteat, breviter indicavit S. Basilius in Reg.  
q. 55. dicens: *Sicut morbi corporis in veterati non nisi longe  
& acriter sanantur; sic peccata in veterati, multo  
patientia, assida oratione, & acerrima animi contem  
curari queunt.*

III. Prima ergo industria, quæ adhiberi debet ad  
vos habitus extingendos, *diurna patientia* est; Ne  
et Peccator aut desperet, si nimis multis se habitibus  
modi, vitiisque subjectum esse se advertat, neque ani  
abjiciat, si non tam celeriter, ac vellet, eosdem enim  
possit, sed credit potius sibi idem eventurum at dicatur  
D E O quod olim Israëlitis Deut. 7. evenit, ac dictum  
quos, cum omnes Hostes suos, multò majoris numeri  
bustiores, quam ipsi Israëlitæ erant, delere jubet  
Moyses sic allocutus est, & animavit: *Si dixeris in terra  
plures sunt Gentes ista, quam ego, quomodo potero deripi  
noli metuere; sed recordare, qua fecerit Dominus Du  
Pharaoni, & cunctis Ægyptiis, plagas maximas quae in  
oculi tui, & signa atque portenta; manumque robustam ad ho  
extentum brachium, ut educeret te Dominus Deus tuus. Ber  
faciet cunctis Populis, quos metuis. Non timeas eum, quia pond  
minus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & tem  
pore consummet nationes has in conspectu tuo paulatim ergo  
partes, non poteris eas delere pariter. Itaque unum quod ad  
post alterum per Examen particulare, aut alia mediis scribi vi  
diatur, & magna cum patientia exspectet, donec  
quoque cum eodem divino auxilio oppugnare, & nimiru  
re possit.*

IV. Altera industria meritò *assida oratio* est, semper  
enim illi Reges, qui se viribus impares ad hostes suos ani  
landos advertunt, alios in auxilium vocant; ita tam  
quoque, cum longè inferiorem se robore, advertit  
tò Deum & Sanctos in auxilium vocat, ut ipse quo  
veritate, illa sibi Elisei verba ad Puerum suum dicit:  
6. Applicare possit: *Noli timere, plures enim nobis  
quam contra nos.* Ita sane S. Augustinus hujus medie

*Quoad viam purgativam.*

97

Ciam expertus est, ut qui S. de Sanctis de seipso fatetur: *Ecce vobis* cum vivimus. *Qui* nos audivit aliquando iurantes? Numquid non consueveram quotidie iurare at ubi legi, timui, luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsa luctatione invocavi Dominum Adiutoriem, praesertim mihi Dominus adiutorum non iurandi. Nihil mibi facilius est, quam non iurare. Hoc ideo monui caritatem vestram, ne decatis: quicquid posset?

V. Tertia industria est acerrima animi contentio: quae in eo consistit, ut Peccator sibi ipsi vim inferat, & tum pravum habitum contraria consuetudine velut clavum clavo expellere conetur; tum vero etiam, ubi occasio aut tentatio ad vitium repetendum sese obtulerit, generosa violentia aliquoties se abstineat, hoc enim efficacissimum esse medium docuit in primis plus Asceta l. 1, c. 25. dum dixit: *Duo specialiter iuvant ad magnam emendationem, videlicet subtrahere se violenter, ad quod natura vitiosè inclinatur, & ferre venter instare pro bono, quo amplius quis indigeret.* Deinde ipsa experientia didicit Peccator ille, qui, cum hortante S. Bernardo, primum triduo à sua vitiosa consuetudine se continuisset ad SS. Trinitatis honorem, & alterum postea diem robustior ad honorem B. Virginis adiecisset, ita immutatus est, ut, cum Deus in S. Bernardus adhuc unius diei abstinentiam peteret, ultra remanseret, nullis jam amplius induciis opus esset, se enim etiam ponderaret, nullum jam in veterati sui vitii horrorem concepisse. Idem usq[ue]cumque sumnum in veterati sui vitii horrorem concepisse. Idem latime ergo faciat Peccator, credatque certò in se impletum iri, a meo sibi vim intuleris.

VI. Ne vero ipsa consuetudinis magnitudine territus e, & minimum abjiciat, juverit in memoriam revocasse id, quod nondam, ut in prato Spirit. c. 66. legitur, B. Theodosio evenit, qui, cum ab Angelo jussus esset cum immensissimi & terribili Gigante pugnare, illaque timore correptus tamen refugeret, tandem animatus Angeli auxilium pro- fuisse quod am dicit, ita tamen quod pugnat, quamprimum hostem animosè aggressus fuisset, adhortatione, invasit illum, & Angelo ju- vante sine ulla speciali difficultate superavit.

G

§. III. De